

quidquid sit hec omnia in eadē insu-
la trāitur? Sic et olim paulus ad vi-
ctimā pperās deuenit in insulā miti-
lene sed paulus est ab illis humane
tractat? iste a frisonib? otumelīs et
terrozib? laceffit? Illi? manū vipēa
momordit. huius car ut spiculator
impieus amputauit. Paulus inde ro-
mā nauigauit. bonifacius istie cur-
suz cōsumauit. Multa tñ occurrūt do-
cumēta virtutū. Una volūtas par
nauigatio. labor similis. affect? eq̄-
lis. Sed paulus m̄gr. iste discipul?
ille gentiuz doctor. iste germanoz
predicator. ille sedebit vt iudex in
throno ap̄oz. iste a dextris stabit
in numero sanctorū. habebit itaqz
cū paulo felicitatis cōsortiū ad cui?
similitudinē suscepit idē et dereliquit
mundū. Cōgratulabit̄ autē martir
martiri. doctor predicatori. aposto-
lus sacerdoti in cōspectu xp̄i p̄pere-
git igit̄ sanct? bonifacius cursū suū
stans et orans. tyrannoqz iugulos
ad decollandū prebens. iij. kal. iu-
nij. die iij. In et illud tetrastrico ha-
bet. et in depositionis eius solēnis
ab ecclesia cantat. Hymnis in noi-
uis festum venerabile nobis. Adu-
nit exultant fratres cum ciuib? in
quo. Tūc qz celoz meruit bonifaci-
us alta. Et cādere p̄petuā mercat?
in sanguine vitā. Nihil autē in eadē
regione sciscitātī de eo siquid scribē
possint relatū est adhuc sup̄stitez et
se quandoqz mulierē. sed iam valde
decrepitaz que iureiurando asserē-
bat se decollatōni militis xp̄i fuisse
p̄ntez. dicebatqz qd cū gladio ferē-
tus esset. sacrū euangelij codicē ca-

piti suo imposuerit vt sub eo idē
p̄cussoris exciperet. eiusqz p̄sidiū
haberet in morte cui? lectionem di-
lexerat in vita. Perempti sūt et dis-
cipuli ei? cū eo in loco qui dockin-
ga dicit. vbi postea in honore tan-
ti martirij cōstrūta est basilica nobi-
lis iuxta quā fons aque dulcis ema-
nat cum alibi p̄ totam regionē illā
falsē et amare sint aque. Et ferunt
hunc fontem a bonifacio inuentuz
ac sanctificatū esse. ideoqz tāta dul-
cedine insignitum et potationi cum
ceterorum satis accommodum. Itaqz
venerandū eius corpus p̄mo traie-
cto platū est. postea ad vuldense
monasteriū translātū est. qd quidē
ip̄e a fundamento cōstruxerat. et in
quo pastor inclit? honestissimū ve-
re innocētie gregē adunatū in xp̄o
deuouerat. In quatuor ergo felicis-
simis locis idē docginga traicēdo
in maguncia vrbe in vuldensi cenō-
bio beati martiris p̄sentia visibili-
bus crebro sentit̄ indicijs in quib?
p̄ intercessionē eius plurime sani-
tates a domino. aliaqz p̄stantur
beneficia vsqz in diem istum.

De sancto Lebuino

Sanctus Lebuinus ex britā-
nia oceanū insula originez
ducens ferē a sue lingue pe-
ritis primo libin vocat? qd roma-
nus p̄mo sonat car? amic? Dēptis
vero vel mutatis ad latinitatē qui-
busdam litteris Lebuin? est vocita-
tus. Quodā enī p̄sagio futuroz
hoc sortit? est nomē vt lingua p̄ria

vocaret carus amicus utique non seculi
cui inimicus erat sed dei omnipoten-
tis. Qui enim voluerit amicus esse huius
seculi inimicus dei constituetur. Hic ei ab
ipsis puericie crepundis diuis exerci-
tibus deditur mox conatibus portendebat
qualis prius futurus esset actibus ut
patentem daretur intelligi hunc verum dei
cultorem fore qui in lege eius meditare-
tur die ac nocte. Hinc sacris studiis tra-
ditur totis precoribus diuine sapientie in-
vigilabat. que dignos se circueiens
querere et illis se hilariter ostendere sacro
testate eloquio approbatur. Erat etiam
ut iam ante nos per quemdam sui amatorem
dictum est reuerendi ad modum vultus
oculis ardentibus et ultra communem ho-
minum valentiam perspicacibus colore vi-
uido atque inexhausti vigoris ut nul-
lo modo non credere etiam. Statura dis-
cretionis abiguit. Nunc quidem ad com-
munem se hominum mensuram cohibebat.
nunc vero pulsare celum summi dicitur
cacumine videbatur. Sicque puerilis
illa etas in dei sapientia proficiens quo-
tidie decurrebat. Erat preterea ado-
lescens magne abstinentie sibi pari-
cus. egenis largus. ore serenus. corpo-
re castus. lectionibus sacris assiduus
vigiliis et orationibus indefinenter inten-
tus. sermone iocundus. qualitate
mox sobrius omnique bonitate pre-
ditus. Hic et huiusmodi pollens vir-
tutibus adeptus est honorem clericatus
deinde etate simul et mox probitate
adultus singulis secundum secundum instituta
canonica dignitatis ecclesiastice con-
scentis gradibus eligitur ad officium pres-
biteratus ut qui scientia et operatione
perfectus erat. ceteros doctrina in

strueret et exemplo suo puocaret.
Quod verus zelator animarum ver-
bum dei seminando inter gentes im-
plere non tardauit. Et sicut deus pe-
tro operatus est in apostolatu circu-
cisionis et paulo inter gentes. sic et
sancto sacerdoti leuino operatus
est inter francos et saxonos. Unde
quod ad eosdem docendos ab eo de-
stinatus est non inconuenienter diceret
apostolus sicut et illi. denique sicut ipse
christus precepit discipulis suis dicens
Ite docete omnes gentes. et Paulum
et barnabam segregauerit spiritus
sanctus ad opus euangelii. ita eiusdem
spiritus sancti imperio fortis iste opera-
tor leuinus in opus sibi ab ipso iniun-
ctum segregatus est. ac proposito sibi
summi patriarche abrahe exemplo
de solo paterno iussus est exire. hu-
ic ergo venerabilis vir edicto irra-
fragabiliter inherens exiit impiger
de terra et cognatione sua scilicet
anglia et euectione nauali traiectionem
petijt castro quod est Wiltenburch
antiquitus dictum modo vero tra-
iectum ubi reperiens quemdam vene-
rabilem virum nomine gregorium
ex nobili franco sanguine proere-
atum a beato bonifacio archiepiscopo
olim in pueritia enutritum gradu ec-
clesiastico presbiterum. sed tunc pro tempore
episcopalis officii in eodem castro vel etiam
parrochia vicarius exposuit ei om-
nem sue peregrinationis sibi commisit
se predicacionis textum. Quo audito
vir dei gauisus in domino misit eum ad
locum sibi diuinitus demonstratum secus
yslam fluum adiuuncto sibi marche-
lino discipulo sancti Willibrodii.

Veniens igitur cum suo collega ad se
monstratum sibi a deo locum. usus est
aliquodiu vidue cuiusdam hospitio
et non veritus gentis illius animo
sinceritatem insudabat quotidie euange-
lice predicationi. instanti ostendens
vnum deum esse qui omnia creauit et
gubernat. et ydola vana esse quibus
ille populus multum inserviebat. Et
quibus multi credentes sancto viro
primo oratorium in Wilpa edificari se-
cerunt. Nec multo post aliud viro
dei oratorium manus iuxta orieta-
lem eiusdem fluminis partem ei con-
struxerunt et prope illud domum eius
habitationi congruam. ubi sancti domi-
ni quotidiano vigilarum ac missarum
vota domino persolvebat et confluentes
ad se verbi divini pane cibabat. cum
etiam cernentibus se gratiosum vultu.
verbis ac moribus exhibebat. Unde
de quibus plurimis eorum etiam nobiliori-
bus speciali affectione carus erat
inter quos fuit Dauon cuius specia-
li amicitia fouebat. Quidam autem bo-
nitatem eius non ferentes ac pluri-
mos ei in fide adherere videntes.
oratorium ac domum ubi discipuli eius
morabantur clam obusserunt. Quod in-
cendit vir dei illesus euadens pa-
cienter tulit. Nec ob aliquam illorum
seuiciam ab euangelisandi cessauit in-
stantia paratus mori pro verbo dei.
Quod etiam saxonum in consilio suo con-
gregati quasi semel fecissent arrip-
tis fustibus eum occidere volentes sed
deus eum ad plura bona reseruans
sicut ipse ad supercilium montis ductus a
iudeorum oculis euasit. sic vir dei
saxonum seuiciam ipso deo volente

declinauit. Tandem vir sanctus popu-
lo saxonum mansuetus incessanter
verbum diuinum seminabat et populum
multum deo conquirebat. Et ad extre-
ma deductus plenum bonis operibus
spiritum domino reddidit pro die
veneris. Et sanctum illud corpus
in vna pura et munda positum hu-
mo recondit cum debita honorifica-
tia in ecclesia portus dauentriensis.
Cui loco hoc inditum constat vocabu-
lum a dauone quod honorifico
ac potenti viro sancto Lebuino dum
adhuc viueret familiarissimo. Eccle-
sia autem ipsa ab eodem sancto viro et
quibusdam fidelibus ut iam diximus
constructa sed ab infidelibus exusta.
iterumque est reedificata. eo videlicet
tempore quo primum ad danda scien-
tiaz salutis incredulis olim saxonibus
per beatum doctorem leuinum
visitauit eos oriens ex alto et sol iu-
sticie christus qui est benedictus in seculum.
Amen.

De translatione sancti Lebuini

Dest felicem sancti Lebuini
ad celestia transitum instinctu
hostis maligni contigit sa-
rones quorum adhuc maxima pars
infidelis durabat. basilicam in qua
sacrum corpus iacebat humatum
iterum incendere et cuncta circum-
quaque vastare. Et cum per triduum
eius quererent sepulcrum deo prou-
idente reperire nequierunt. Unde ac-
cidit ut ipse locus diu solitudinem
patere. Interea gregorio venerabili
abbate cuius supra mentionem
fecimus viam vniuersae carnis ingresso